Negant S. Antoninus ¹⁾, Sotus, Bonacina ²⁾, Sayrus et alii, apud Salmant. ¹⁾, qui hanc sententiam probabilem ³⁾ putant. Ratio, quia eo casu fur non est invasor, sed tantum injustus rei detentor; et ideo non licet eum occidere, sed solum apud judicem accusare: alias enim magna sequeretur reipublicae perturbatio. — Sed probabilior mihi videtur sententia affirmans, casu quo non sit spes rem alia via recuperandi. Ratio, quia tunc latro, quamvis non sit invasor personae, adhuc tamen est invasor rei, cum tibi contendat rem tuam accipere. Ita Lessius ², Lugo ³; et Vasquez ⁴⁾, Tanner, Malderus, Diana, apud Salmant. ⁴; cum Busenbaum (ut supra, n. 382, ad 7).

384. — Quaeritur 4^o. *An liceat etiam clericis et religiosis, occidere injustum aggressorem suorum bonorum magni momenti?*

Affirmant probabilius cum Busenbaum, Lugo ⁵, Elbel ⁶; et Salmant. cum Lessio, Becano et aliis communius. Ratio, quia jus defensionis est de lege naturali, et ideo unicuique competit. — An autem hoc casu incurrit irregularitatem? Vide de *Irregul.*, Lib. VII, n. 389, ubi probatur sententia negativa.

385. — Quaeritur 5^o. *An liceat alicui sua defendere armis, etiam per famulos?*

Sotus, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 1, art. 8, v. *De tempore*. — *Sayr.*, Clav., lib. 7, cap. 10, n. 31. — ¹⁾ Tr. 25, cap. 1, n. 92. — ²⁾ Lib. 2, cap. 9, n. 75. — ³⁾ De Just. et Jure, disp. 10, num. 181 et seqq. — *Tanner*, tom. 8, disp. 4, qu. 8, n. 82. — *Malderus*, de Just., tr. 3, cap. 1, dub. 18, v. *Dico* 6. — *Diana*, part. 5, tr. 4, resol. 37. — ⁴⁾ Loc. cit., n. 91. — ⁵⁾ Loc. cit., num. 175. — ⁶⁾ *De Homicidio*, n. 89. — *Salmant.*, loc. cit., n. 81. — *Less.*, loc. cit., n. 72. — *Becan.*, de Just. et Jure, cap. 64, qu. 7, n. 4. — ⁷⁾ Tr. 5, cap. 2, n. 169. — ⁸⁾ *De Homi-*

Probabiliter affirmant Sporer ⁷, et Elbel ⁸ cum Navarro, Lugo, Laymann, etc.; quia id quod aliquis potest facere per se, potest etiam per alium. — Hinc infert Elbel ⁹, unicuique licere ratione caritatis vi repellere alterum injuste accedente ad exscoliandam domum proximi sui. Et probabiliter consentiunt Salmant. ¹⁰ cum aliis communiter. Sicut etiam dicitur pro defensione honoris et pudicitiae. — Vide dicens n. 392.

386. — Quaeritur 6^o. *An liceat occidere invasorem pudicitiae?*

Si licitum est hoc ad tuendum honorem et facultates, multo magis dicendum licere pro tuenda pudicitia, quando aliud non suppetit remedium. — Ita D. Antoninus ¹¹, ubi: *Et si licet non solum se, sed et bona sua defendere..., quare etiam ne pudicitiam... amittat?* Et ideo dicit non peccare puellam, si, vim vi repellendo, aggressorem occidit. Ita enim Archiepiscopus alibi ¹² loquitur: *Illa autem [mulier] utitur jure suo naturali, quo licet vim vi repellere; et magis tenetur salutis suae providere, quam alterius: nam expavit se periculo consentiendi actui peccati, permittendo se opprimi, propter difficultatem resistentiae voluntatis.* — Idem docent Pater Cuniliati ¹³, Lugo ¹⁴, Molina ¹⁵, Lessius ¹⁶, Anacletus ¹⁷, Elbel ¹⁸, Sporer ¹⁹,

ciodio, n. 66. — *Navar.*, Man., cap. 24, n. 17. — *Lugo*, de Just. et Jure, disp. 10, sect. 11. — *Laym.*, lib. 8, tr. 3, part. 3, cap. 3, n. 5. — ¹⁰⁾ Loc. cit., n. 66. — ¹¹⁾ Tr. 25, cap. 1, n. 104. — ¹²⁾ Part. 2, tit. 5, cap. 6, i. f. — ¹³⁾ Part. 2, tit. 7, cap. 8, § 2, v. *Sed quaeritur*. — ¹⁴⁾ Tr. 8, cap. 2, § 2, num. 8. — ¹⁵⁾ De Just. et Jure, disp. 10, n. 195. — ¹⁶⁾ Tr. 3, disp. 17, num. 10. — ¹⁷⁾ Lib. 2, cap. 9, num. 76. — ¹⁸⁾ Tr. 9, de Prae- decal., dist. 3, qu. 2, n. 19. — ¹⁹⁾ *De Homicidio*, n. 61. — ²⁰⁾ Loc. cit., n. 165.

¹⁾ S. Antoninus, part. 3, tit. 4, cap. 3, § 2, sententiam hanc uberiori exponit, et primo quidem negat licere vim vi repellere ex intervallo, postquam scilicet ad actus contrarios divertit; deinde, si nempe res injuste possidentur: tunc fur aut vi possidet, et licet statim, non vero ex intervallo, vim adhibere; aut precario possidet, et tunc post denegatam restitutionem, licitum est incontinenti vim vi repellere, secus autem ante denegatam restitutionem; aut clandestine possidet, et tunc illicitum est vim vi repellere; « sed licitum est ingredi, et si ille non admiserit, ex tunc fit violentia ».

²⁾ Bonacina non recte citatur a Salmant.; etenim, *de Restit.*, in part., disp. 2, qu. ult.,

sect. 1, punct. 10, n. 4, negat quidem licitum esse furem occidere, qui se in tumtu receperit et rem pacifice possidere incepit; sed addit: « Observa tamen... probabiliter dici posse, licitum esse domino ingredi domum furis, et rem suam per vim contra furem resistentem recuperare, quando dominus ob reipublicae perturbationem non potest aliter eam recuperare, modo eadem res in individuo extet apud furem ».

³⁾ Salmantenses, loc. cit., non solum probabilem existimat, sed etiam *probabilior* appellant hanc sententiam.

⁴⁾ Vasquez, *Opusc. de Restit.*, cap. 2, § 1, dub. 8, n. 32, de hoc non loquitur, quidquid dicant Salmantenses.

Armis de-
fendere bo-
nae per fa-
mulus, lici-
tum.

Item de-
fendere bo-
na proximi.

Occide-
re invaso-
rem pudici-
iae. lici-
tum.

Quin etiam,
id consulen-
dum.

Salmant. ¹⁾ cum Bonacina ²⁾, Trullench, Fililiuccio ³⁾ et aliis communiter.

Et hic bene advertunt Lugo ⁴⁾ et Roncaglia ², quod non solum licebit pueras, dum actu violenter tangitur ab altero, sed etiam immediate post, eum percutere alapis, pugnis, fuste, et etiam ictibus non periculosis. Ratio, quia, nisi tali modo ipsa suam constantiam et disloquentiam ostendat, non facile ille discedet.

Hinc, semper ac id non fiat ad vindictam, non tantum permittendum, sed etiam mulieri est consulendum: ut alter saltem resipiscat, et alia vice eam non sollicitet.

387. — « 8^o. Licet quoque occidere eum, « de quo certo constat, quod de facto pa- « ret insidias ad mortem; ut si uxor v. gr.

¹⁾ Tr. 25, cap. 1, n. 72. — *Trull.*, lib. 5, cap. 4, dub. 5, n. 9. — ²⁾ Tr. 11, cap. 3, reg. in praxi, n. 5. — *Navar.*, Man., cap. 15, n. 3. — ³⁾ Lib. 2, cap. 9, n. 45. — ⁴⁾ Tr. 29, n. 39. — *Silvius*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 7, quaer. 6. — *Trull.*, loc. cit., n. 55. — ⁵⁾ Loc. cit., n. 56 et seqq.

« sciat se noctu occidendam a marito, si « non potest effugere, licet ei praevenire. « — *Navarrus*, Lessius ³, *Filiuccius* ⁴ »:

Quaestio tamen est: *an liceat praeve- « nire aggressorem?*

Prima sententia negat cum Silvio, Na- varro ⁴, Trullench, etc., apud Salmant. ⁵; quia praevenire inimicum, solum para- tum ad aggrediendum, non esset vera defensio. — Secunda tamen sententia af- firmat cum Lugo, Bañez ⁶, Vasquez, Mo- lina ⁷, etc. ⁶. Quia, isti dicunt, ad occi- dendum invasorem pro sua defensione, non est opus ut alter jam inceperit lae- dere, sed sufficit si sit paratus ad lae- dendum.

Attamen Tamburinius ⁸ et Roncaglia ⁹; et Salmant. ⁷ cum Soto ⁹, Azor ¹⁰, Covar-

Praeve-
nireaggres-
sorem, alii
dicunt illi-
cendum.

Alii di-
cunt lici-
tum.

Alii distin-
guunt.

parat me de medio tollere », dicit n. 16: « Li- ciet speculative haec fieri posse probable ap- pareat, tamen in praxi nullo modo sunt excipienda».

⁵⁾ Roncaglia, tr. 11, cap. 3, qu. 3, haec dumtaxat scribit: « Si quis merito timeat, quod ni praeveniat volentem occidere, non poterit postea resistere, utique licebit illum praevenire ». — Cui consentire videtur Azor, part. 3, lib. 2, cap. 1, qu. 12, dum dicit: « Si neces- sarium est praevenire, quia aliter vita pro- pria defendi non potest nisi praeveniendo, tunc licitum est praevenire ». Et adducit exem- plia certo imminentis interfectionis. Deinde ad- dit: « Si praeventio non est ita necessaria ad propriae vitae defensionem, quia antequam invadatur quis, licet per tempus evadere, tunc non est licitum praevenire ».

⁶⁾ Lugo, loc. cit., n. 196, sic loquitur: « Exi- stimo tamen non esse scrupulose agendum in hac materia, praesertim quando femina vel juvenis sollicitatur et contrectatur, vel osculum accipit ab aliquo lascivo; sed posse, et aliquando expedire, non solis verbis asperioribus, sed manibus puritatem animi ac constantiam graviter ostendere ».

⁷⁾ 387. — a) *Navarrus* ex parte tantum negat, scilicet loc. cit., n. 3, in generali negat licitum esse aggressorem praevenire; excipit tamen casum quo aliquis « decretiv occidere alium, nulla mora interposita, qua ullo modo possit effugere mortem, nisi praeveniat eum antequam aggrediatur: qualis videtur esse uxor, quae certo novit se occidendam a marito pugione quem supposuit cervicali, ad occidendam eam dormientem, et non potest fugere, conclusa clava janua ».

⁸⁾ b) Bañez, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 7, dub. 4, concl. 1 et 2; Molina, tr. 3, disp. 12, n. 2, ea utuntur distinctione, quam infra S. Alphonsus ex aliis auctoribus refert.

⁹⁾ c) Tamburinius brevius loquitur, *Decal.*, lib. 6, cap. 1, § 1, n. 15, et dicit certum videri, posse eum praeveniri et interfici, « qui pro- xime et in procinctu parat me inuste ag- gredi »; de illo autem, « qui veluti remote

ruvias^f), Diana^g) et aliis, has sententias conciliant, et distinguunt: Si quis ex aliqua actione noverit inimicum esse determinatum ad invadendum, puta si certo moraliter sciat, illum jam ad hoc parasse arma, vel mandatum dedit servo; tunc, si aliter effugere nequit, licite potest praevenire. Alias *ridiculum esset* (ait Roncaglia¹), *velle ipsum cogere ad exspectandam aggressionem, quando juste timeret non posse tunc resistere.* — Secus vero dicendum, si non certo sciat, sed tantum suspicionem seu dubium timorem habeat de invasione; impium enim est, ob dubiam violentiam proximum vita privare.

Hoc non
obstante,
S. Doctor
adhaerente
gativac.

De falso ac-
cusatore vel
teste.

His tamen non obstantibus, censeo secundam sententiam, hac etiam distinctione supposita, vix in praxi posse sequi: propter hallucinationis periculum, quod in hujusmodi re adesse potest.

388. — « 9°. Hinc etiam dicunt alii, ut « Sanchez² et alii, licere occidere eum, « qui apud judicem falsa accusatione aut « testimonio, etc. id agit, unde certo tibi « constat, quod sis occidendum vel muti- « landus, vel etiam (quod alii difficiliter « concedunt) amissurus bona temporalia, « honorem, etc. Quia haec non est inva- « sio, sed justa defensio: posito quod de « alterius injuria tibi constet, nec sit alius « evadendi modus. — Lessius tamen, Fil- « liuccius³) et Laymann non audent id « defendere, propter periculum magnorum abusuum. Vide Escobar⁴, Hurtado⁵, Lugo⁶, Diana⁷.

Immo praefata opinio Sanchezii ex- presse damnata est in prop. 18 proscripta ab Alexandro VII: *Licet interficere fal-*

^f Tr. 11, cap. 3, qu. 3. — ^g Decal., lib. 2, cap. 39, n. 7. — ¹ Less., lib. 2, cap. 9, n. 47. — ² Laym., lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 5, n. 2, v. ³ Dicendum 3. — ⁴ Tr. 1, exam. 7, cap. 3, n. 39. — ⁵ Gasp. Hurtad., de Jure et Just., disp. 11, diff. 11, v. Secundo constat. — ⁶ De Just. et Jure, disp. 10, n. 163 et seqq. — ⁷ Part. 8, tr. 7, resol. 52. — ⁸ Fill., tr. 29, n. 54 et 55. — ⁹ Tom. 3, disp. 4, qu. 8, num. 80. — ¹⁰ Tract. 3, disp. 18. — ¹¹ Lib. 2, cap. 9, dub. 18. — ¹² Part. 5, tr. 4,

sum accusatorem, falsos testes ac etiam judicem, a quo iniqua certo imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.

389. — « 10°. Quandocumque quis, juxta supradicta, habet jus alium occidendi, id potest etiam alius pro eo praestare, cum id suadeat caritas. Fillucci, Tanner⁶, Molina⁷. — An autem, et quando ad hoc teneatur, vide Lessium⁸, Diana⁹.

Dicendum igitur est¹. Licitum esse defendere vitam proximi, cum occisione injusti invasoris. — Ita Continuator Tournely¹⁰ cum communis DD., et S. Thomas¹¹, ubi ait: *Vel potest dici quod Moyses occidit Aegyptium, defendendo eum qui injuriarum patiebatur, cum moderamine inculpatae tutelae. Unde Ambrosius dicit¹², quod, qui non repellit injuriam a socio cum potest, tam est in vito, quam ille qui facit: et inducit exemplum Moysis.*

Et hoc currit, etsi proximus innocens vellet pati occidi: cum ipse non sit dominus vitae sua; et ideo nequit alius jus defensionis adimere. Lessius¹³, Lugo, Bonacina, Dicastillus et alii communiter, cum Salmant.¹⁴ — Sed dices: Si invasus cedit juri suo, quomodo poteris tu jus ejus defendere cum morte aggressoris? Respondeo: Proximus ille invasus duo jura (ut sic dicam) quodammodo ad vitam suam habet: alterum ad vitam, alterum ad ipsam defendendam. Juri *ad vitam* non potest quidem cedere, cum non habeat illius dominium; unde non posset alterum inducere ad ipsum occidendum: et quamvis permitteret occidi, occisor semper contra iustitiam peccabit. Juri vero *tuendi* suam

resol. 19 et 20. — ¹⁰ De 5^o Praec., art. 3, sect. 2, punct. 1, v. Quaeres 3. — ¹¹ 2^o 2^o, qu. 60, art. 6, ad 2. — ¹² De Offic. ministr. lib. 1, cap. 36, n. 178; ap. Migne, Patrol. lat. tom. 16, col. 75. — ¹³ Loc. cit., n. 87 et 88. — Lugo, loc. cit., n. 202. — Bonac., de Restit. in part., disp. 2, qu. ult., sect. 1, punct. 11, n. 1. — ¹⁴ Dicast., de Just. et Jure, lib. 2, tr. 1, disp. 10, dub. 8, n. 81 cum n. 97. — ¹⁵ Tr. 25, cap. 1, num. 94.

solum proponere speculative varias sententias doctorum circa dubia occurrentia; munus postea prudentis confessoris erit, mature consideratis omnibus circumstantiis, hanc vel illam opinionem, in praxi poenitenti consulere».

388. — ^a Filiucci, tr. 29, n. 52, loquitur de eo, qui falsis criminationibus alicui apud viros honoratos detrahit, et concordat.

Occidere
injustum
aggresso-
rem prox-
mi, licitum.

Etsi pro-
ximus con-
sentiat ag-
gressioni.

Respon-
detur obiec-
tioni.

vitam bene potest cedere, permittendo quod alter eum occidat (juxta dicta n. 380, v. *Hinc etiam*). — Hinc, cum tu occidis aggressorem innocentis, non defendis jus quod ille habet ad se defendendum, cui ipse jam cessit; sed defendis jus quod habet ad vitam, cui ille cedere non potest. — Nec occidens eo casu irregularitatem incurres. Salmant.¹ cum Suarez et Bonacina, Sporer² cum communissima. Vide Lib. VII, n. 388, v. *Excusatur*.

Sed hic quaeritur: *an sit obligatio de-
fendere vitam innocentis ab invasore?*

Resp. quod magistratus et principes utique ex iustitia ad hoc tenentur. Et quando agitur de bono reipublicae, tenentur etiam cum periculo vitae: utpote, latrones publicos de medio tollere, etc. — Et pariter ad hoc tenentur milites specialiter conducti ad civitatem defendendam; vitam vero privati hominis non tenentur ii cum tanto periculo tueri. Salmant.³ cum Lessio.

Hic autem obiter adverte, quod episcopi et parochi, in ordine ad spiritualia, tenentur adjuvare singulass suas oves adhuc cum periculo vitae; ut Salmant.⁴ — Hinc parochi, etiam cum periculo vitae tenentur ministrare ovibus sacramentum Baptismi aut Poenitentiae: non autem Eucharistiae, neque tempore pestis; ut tenent Dicastillus⁵ et alii, apud Salmant.⁶: quod ipsi probabile putant. — Vide dicta Lib. II, n. 27, v. *Dicunt 2^o*; et infra, de *Euch.*, Lib. VI, n. 233.

¹ Tr. 25, cap. 1, n. 95. — ² Suar., de Censur., disp. 46, sect. 3. — ³ Bonac., de Irregular., qu. 4, punct. 6, n. 11. — ⁴ Tr. 5, cap. 2, n. 176. — ⁵ Loc. cit., n. 98. — ⁶ Less., lib. 2, cap. 9, num. 91 et 94. — ⁷ Loc. cit., num. 98. — ⁸ Tr. 4, de Euchar., cap. 9, n. 30. — ⁹ Tr. 25, cap. 1, n. 100. — ¹⁰ Navar.,

389. — ^a Dicastillus, tr. 4, de *Sacram. Euch.*, disp. 11, dub. 7, n. 123, quoad Eucharistiam concordat; sed quoad Baptismum et Poenitentiam, dicit parochos posse ea sacramenta per alios ministranda curare, ac proinde non teneri per se ipsos ministrare, nec ordinarie posse, etiam volentes, propter ceterorum parochianorum bonum.

390. — ^a Sà non recte a Salmant. allegatur; nam, v. *Homicidium*, n. 16, (in edit. correcta) scribit: « Non licet permettere potius occidi invasum, quam injuste invadentem (nisi ille consentiat) defendendo occidas ». At in edit. genuina, n. 17, eam sententiam quibusdam tribuebat, et addebat: « Ego non puto te teneri occidere unum, ut alterum defen-

S. ALPHONSI, *Opera moralia*. — Tom. I.

390. — Sed Dubium majus est: *an, si innocentem, positive nolentem occidi, de-
fendere non possis sine occidente invasio-
ris, tenearis, si possis sine periculo tuae
vitae, invasorem occidere?*

Affirmant Salmant.⁶ cum Navarro, Bo-
nacina, Sà⁷, etc. — Quia, dicunt, ex pree-
cepto divino caritatis quisque tenetur de-
fendere vitam innocentis, cum commode
possit.

Probabilis tamen negant Lessius⁷, et Lugo⁸, cui adhaeret [Contin.] Tournely⁹.

— Ratio 1^a, quia preeceptum caritatis eo casu non obligat: cum praestet evitare tunc mortem aeternam aggressoris, quam mortem temporalem innocentis. Ratio 2^a, quia in occasione alterius, nunquam evitari potest magnum incommode, ob timorem inimicitarum, publicae iustitiae, etc. Saltem quis non dicet, horrorem inquinandi manus humano sanguine magnum afferre incommode, ad quod equidem preeceptum caritatis non censemur obligare?

Excipe casum, quo persona invasa es-
set persona necessaria ad bonum publi-
cum. — Excipit etiam Sporer⁹ cum com-
muni (ut asserit), si invasus sit parens,
filius, uxor aut frater; quia tunc obligat
pietas ad eos tutandos. — Recte etiam
excipit Continuator Tournely¹⁰ cum Ray-
naudo¹¹, si occidendum sit ebrius, et sit
in statu peccati mortalis; quia is est vere
in extrema necessitate animae.

Man., cap. 15, n. 16; cfr. cap. 24, n. 19. — ¹⁰ Bonac., de Restit. in part., disp. 2, qu. ult., sect. 1, punct. 11, n. 5. — ¹¹ Loc. cit., num. 92. — ¹² De 5^o Praec., art. 3, sect. 2, punct. 1, v. Quaeres 3, resp. 2. — ¹³ Tr. 5, cap. 2, n. 170. — ¹⁴ De Carit., art. 3, sect. 4, punct. 1, v. Colliges 2.

das... Puto tamen te, etsi non teneris, posse tamen».

^b Lugo ita quidem docet, disp. 10, n. 208, sub limitationibus tamen, quas infra ipse S. Alphonsi appositorus est.

^c Continuator Tournely hanc doctrinam colligit, non ex Raynaudo, sed ex Verricelli, qui in suo op. *De apostol. missionib.*, tit. 2, qu. 60, n. 6, generatim dicit quod, si spiritialis necessitas proximi sit extrema, « tunc quilibet privatus tenetur ex caritate pro ea vitam expondere ». Et n. 7, necessitatem extremam adesse dicit, « quando sine tuo auxilio, aut est omnino salus impossibilis, aut est tam ingens et pene insuperabilis difficultas, ut moraliter loquendo censeri possit res impossibilis ».

Quidam
obligant
privatum
ad occiden-
dum aggres-
sorium inno-
centis.

Probabi-
lius nega-
tur.

Exceptio-
nes.

Quando licet occidere invasorem pudicitiae proximi.

391. — Dicendum II^o. Fas esse pariter occidere invasorem pudicitiae vel honoris proximi, si invasio fiat facto, scilicet percussione, etc. Secus, si tantum per verba (ut dictum est supra n. 381). Ita Lugo¹, Lessius²; et Salmant.³ cum Bonacina^a, Filliuccio^b, Dicastillo^c, Trullench^d, etc.; — contra Sporer^e, qui id negat (sed minus probabiliter) esse licitum, nisi persona contumeliis affecta sit conjuncta, ut supra, vel princeps aut dominus.

Quando autem femina consentit, vel saltem si positive non resistit, non licet ejus pudicitiae invasorem interficere; quia tunc non esset vim vi repellere. — Salmant.^f

Si vero femina sit tibi consanguinitate valde propinqua, dicunt Lessius, Sporer^g, et cum aliis Salmant.^h, quod posses, etiam femina ad copulam consentiente, ejus invasorem occidere; si aliter tuam infamiam evitare nequeas. — Haec autem intelligenda ante factum. Nam, in ipso facto vel post, certe non licet occidere; ut patet ex prop. 19 damnata ab Alexandro VII, quae dicebat: *Non peccat maritus, occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam.*

Notant etiam Lessiusⁱ et Salmant.^j, quod non ideo licebit viro uxorem necare, si ipsa audacter velit adulterari: quia vir potest aliis mediis injuriam reparare, eam baculo percutiendo, vel adulterum minis abigendo. — Adverte hic autem illud quod

¹ De Just. et Jure, disp. 10, n. 201; cfr. n. 186 et seqq., et n. 196. — ² Lib. 2, cap. 9, n. 78. — ³ Tr. 25, cap. 1, n. 96. — ⁴ Tr. 5, cap. 2, n. 169. — ^a Loc. cit., n. 97. — ^b Less., loc. cit., num. 88. — ^c Loc. cit., n. 173. — ^d Loc. cit., n. 97. — ^e Loc. cit., n. 89. — ^f Loc. cit., n. 97. — ^g Bonac., de Restit. in part., disp. 2, qu. ult., sect. 1, punct. 11, num. 6, Resp. 3. — ^h Trull., lib. 5, cap. 4, dub. 7, num. 8. — ⁱ Dicast., de Just. et Jure,

habetur in cap. *Si vero 3, de sent. excom.*, ubi definitur, quod percutiens clericum turpiter agentem cum matre, filia, sorore et uxore, immunis est ab excommunicatione, sed non a culpa^d.

392. — Dicendum III^o. Nos teneri ex caritate defendere etiam bona proximi, quando commode possumus, aut cum levi nostra jactura; non vero cum gravi. Bonacina, Trullench, Dicastillus, etc. communiter, apud Salmant.¹⁰ — At si aliquid expendimus pro defensione bonorum alii cuius, possumus etiam occulte compensare. Doctores¹¹.

Sed quaeritur: *an quis, ob tuenda bona proximi magni momenti, possit etiam occidere furem, si oporteat?*

Doctores qui id negant ob defendenda bona propria, tanto magis negant ob defendenda aliena; ut Gersonius, Silverster^a, etc., apud Salmant.¹² Quia, dicunt, caritas magis obligat ad tuendam vitam unius, quam bona alterius. — Sed contrarium tenent S. Antoninus¹³, Lessius^b, Lugo¹⁴; et Navarra, Molina, Bonacina, cum Salmant.¹⁵ Ratio, quia vitam proximi praferre debemus bonis alterius, quando ille est in necessitate involuntaria; non autem quando ipse in necessitate sponte se constituit: ut pluries repetivimus in praesenti Dubio.

An autem liceat expellere fetum pro tuenda vita matris? — Vide dicenda *Dub. seq.*, n. 394. *Qu. 1 et 2.*

lib. 2, tr. 1, disp. 10, dub. 8, num. 96. — ¹⁰ Tr. 25, cap. 1, n. 102. — ¹¹ Apud Salmant., loc. cit. — ^a Gerson., Regul. moral., n. 109. — ¹² Loc. cit., n. 79, 80 et 108. — ¹³ Part. 3, tit. 4, cap. 3, § 2. — ¹⁴ De Just. et Jure, disp. 10, n. 201 et 202. — ¹⁵ Petr. Navar., de Restit., lib. 2, cap. 3, n. 419. — Molina, tr. 3, disp. 18, n. 1. — Bonac., loc. cit., punct. 11, n. 1. — ¹⁵ Loc. cit., n. 104.

Si femina
consentit,
non licet occidere.

Nisi femina
sit consan-
guinea.

Expli-
ca-
tur haec
sententia.

Non licet
occidere
uxorem vo-
lentem adul-
terari.

Quando te-
neamur de-
fendere bo-
na proximi.

Occidere
ad tuenda
bona proximi,
juxta alios,
licitum.

Juxta alios,
licitum.

que tenet Trullench, lib. 5, cap. 4, dub. 7, num. 1.

^a Dicastillus, de Just. et Jure, lib. 2, tr. 1, disp. 10, dub. 8, n. 83, de pudicitia tantum loquitur, et concordat.

^a Cap. *Si vero, de sent. excom.*, negat quidem eum compellendum esse ad Sedem Apostolicam adeundam; de culpa vero non loquitur.

392. — ^a De Silvestro, vide notam a ad n. 383 supra.

^b Lessius, lib. 2, cap. 9, n. 88, consentit, « si [proximus] sit sanguine junctus, vel opem nostram flagitet ».

DUBIUM IV.

An aliquando liceat occidere Innocentem.

393. *An unquam liceat occidere innocentem directe.* — **394.** *An aliquando liceat procurare abortum.* — *Qu. 1. An liceat matri sumere pharmacum directe ad fetus inanimatum expellendum.* — *An autem liceat mulieri oppressae, statim expellere semen viri aggressoris.* — *Qu. 2. An liceat matri sumere medicamentum directe ad expellendum morbum cum periculo abortus fetus inanimatus.* — *Qu. 3. Quando censeatur proles anima informata.* — *Qu. 4. Quibus poenis subjiciantur procurantes abortum.* — *Qu. 5. An incurvant excommunicationem mulieres praegnantes, quae abortum faciunt.* — *Qu. 6. An procurantes abortum, in dulio de animatione fetus incurvant irregularitatem.* — *Qu. 7. Qui possit relasare poenas pro abortu inflicas.* — *Qu. 8. Quando imputetur alicui ad peccatum homicidium casuale.* — *An adulter, occidens adulterae maritum aggressorem, incurvat irregularitatem. Et an incurrat, si ipso praevidente, adultera occidatur.*

393. — « Resp. Directa intentione et « scienter nunquam licet: nisi Deus, omnis « vitae Dominus, concedat. Indirecte au- « tem et per accidens aliquando licet, « utendo nimis suo jure, et dando ope- « ram rei licitae et necessariae, ac tanti « momenti, ut vitae aequivaleat. — S. Tho- « mas, et doctores communiter.

« Unde resolvet:

« 1°. Si tyrannus minetur urbi exci- « dium, nisi innocens occidatur, id non « licet directe. Neque valet, sicut mem- « brum licet abscondere pro salute corpo- « ris, ita et civem pro republica: quia « homo est tantum pars moralis reipu- « blicae, a qua non accipit esse et vivere, « sicut membrum corporis a corpore. — « Molina¹, Lessius, Filliuccius, etc. ». — *[S. Thomas^a, Salmant.^b].*

« 2°. Potest tamen respublica eo casu « talem cogere ut tyrannum adeat, et si « nolit, tradere; cum ex caritate et justi- « tia legali teneatur vitam exponere pro « republica. Unde, si id renuat, fit nocens.

S. Thom., 2^a 2^{ae}, qu. 64, art. 6. — 1 Tr. 3, disp. 10, n. 1. — Less., lib. 2, cap. 9, n. 36 et 87. — Fill., tr. 29, n. 11. — 2 Tr. 13, de Restit., cap. 2, n. 52. — 3 Loc. cit., n. 4. — 4 Loc. cit., num. 88. — 5 Loc. cit., num. 11. — Laym., lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 1, num. 4. — Sotus, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 1, art. 7. — Aragon., in 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 6, concil. — Turrian., in 2^{am} 2^{ae}, de Just. et Jure, disp. 26, dub. 2, n. 15. — 6 Tr. 13, cap. 2, num. 57. — 7 De Just. et

« Neque hoc erit cooperari ejus morti, sed « tantum permittere; cum traditio de se « sit indifferens, et mors tantum sequatur « indirecte et praeter intentionem reipu- « blicae. — Molina³, Lessius⁴, Filliuc- « cius⁵, Laymann, etc. ».

Sotus, Aragon, Turrianus, etc. cum Salmant.⁶, dicunt non posse rempublicam tradere illum invitum; quia cooperaretur ad ejus mortem, quod est intrinsece malum. — Sed probabilior videtur prima sententia, cum Lugo⁷, et Busenbaum, Molina, Lessio, Filliuccio ac Laymann, ut supra: quia videtur non posse negari, quod eo casu innocens teneatur se tradere; ut concedit idem Sotus. Si ergo ille se tradere tenetur, bene potest respublica eum tradere, si ipse culpabiliter recusat: tunc enim non est amplius innocens; ut consentiat Continuator Tournely⁸ cum Silvio, Bañez et Salon.

« Limitat tamen card. Lugo⁹, si inno- « cens sit subditus, vel peregrinus tenea- « tur mori pro republica aliena^b.

Jure, disp. 10, n. 113. — Molina, loc. cit., n. 4. — Less., loc. cit., num. 38. — Fill., loc. cit., num. 11. — Laym., loc. cit., num. 4. — Sotus, loc. cit. — 6 De 5^o Praec., cap. 2, art. 2, sect. 1, i. f. — Silvius, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 6, v. Caeterum. — Bañez, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 6, v. Nihilominus. — Salon, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 6, con- trov. 1, v. Unde dico. — 8 De Just. et Jure, disp. 10, num. 114.

sententiam quae tenet rempublicam posse ejusmodi innocentem tradere; et n. 114, subdit: « Hinc infero 1^o locum id habere, non solum quando innocens est civis et subditus ejusdem reipublicae, cui jure sue potest praecipere etiam cum periculo morali mortis in tanta reipublicae necessitate, sed etiam quando

Item, tra-
dere illum
invitum.

Fugiens
mortem per
viam angu-
stam.

Expugnans
urbem.

Non licet
occidere ob-
sides.

Procurare
abortum,
peccatum
grave.

Quid, si
requiratur,
ad tuendam
vitam ma-
tris.

« 3º. Si fugere non possis mortem, per-
« sequente hoste, nisi per viam angustam,
« qua quispiam istic sedens esset obteren-
« dus; licet nihilominus (dummodo tamen,
« si infans est, sit baptizatus, ut monet
« card. Lugo, et Escobar¹⁾ fugere cum
« ejus periculo et interitu, praeter tuam
« intentionem. — Lessius², Filiuccius³.
[Salmant.⁴ cum Prado⁵, Villalobos, Ta-
pia, Sanchez⁶, Dicastillo, etc.].

« 4º. Similiter, ad expugnandam urbem
« et victoriam reportandam, si necessa-
« rium sit, licet tormenta in eum locum
« dirigere, ubi multi sunt innocentes: quia
« horum mors praeter intentionem seque-
« tur. — Lessius.

« 5º. Non licet occidere obsides, etsi
« qui eos miserunt non servent fidem:
« quia sunt innocentes. Bonacina⁷, Dia-
« na⁸; contra Azor, etc. ».

394. — « Quaeres: an aliquando liceat
« procurare abortum?

« Resp. Quicumque malitiose, in se vel
« altero curat abortum, peccat graviter:
« sive fetus sit animatus, quia est verum
« homicidium; sive non, quia tendit ad
« occisionem hominis, et est contra natu-
« ram generationis. — Lessius⁶.

« Si tamen ad vitam matris conservan-
« dam, omnino sit necessarium, sequentes
« regulae tenentur:

« 1º. Si fetus mortem matri allaturus,
« probabiliter neandum sit animatus anima-

Lugo, disp. 10, n. 128. — ¹ Tr. 1, exam. 7, cap. 3, n. 52.
— ² Lib. 2, cap. 9, n. 59. — ³ Tr. 29, n. 36. — ⁴ Tr. 18,
cap. 2, n. 64 et 65. — ⁵ Villal., part. 2, tr. 12, diff. 18, n. 1.
— ⁶ Tapia, tom. 2, lib. 5, qu. 7, art. 18, n. 4. — ⁷ Dicast., de Just.
et Jure, lib. 2, tr. 1, disp. 10, n. 129. — ⁸ Less., loc. cit.,
num. 36 et 37. — ⁹ Disp. 2, de Restit. in part., qu. ult., sect. 1, punct. 7, n. 3.

eset peregrinus, aliunde adveniens ad tute-
lam quaerendam ». Differentia autem quam
inter utrumque, civem nempe et peregrinum,
ponit, haec est, quod civis subditus ad id praec-
cepto cogi possit, peregrinum vero nequit po-
sitivo praeccepto ad id astringi.

^{c)} Salmant. auctores citant pro alio tantum,
at certe simili casu, quamvis ex allegatis, Vil-
lalobos, Tapia et Dicastillus, loc. cit., idem do-
cent de praesenti quaestione; Prado autem
et Sanchez eam plane omittunt.

^{d)} Diana, part. 5; tr. 4, resol. 35, duas de
hac materia sententias contrarias afferit; quam-
nam vero ipse amplectur non explicat.

394. — ^{a)} Ludovicus Lopez, Instruct. conc.,
part. 1, cap. 63, v. Sed quid, casu quo medi-

« rationali (animari autem communiter
« ajunt, mares die quadragesimo, femellas
« vero octogesimo: quae res valde incerta
« est); quidam permittunt, etiam directa
« intentione expelli: ut Sanchez⁷, Henri-
« quez, etc.; — contra Lessium⁸ et alios,
« quorum sententia in praxi suadenda.
« Quorsum enim directe expelles, cum in-
« directe liceat et sufficiat?

« 2º. Si vero fetus sit animatus, mater-
« que judicetur moritura cum prole, nisi
« medicinam sumat, licet eam sumere;
« et secundum quosdam, tenetur: inten-
« dendo directe suam tantum sanitatem,
« etsi indirecte ac consequenter destrua-
« tur fetus. — Quia in pari necessitate
« mater potest magis prospicere sibi quam
« proli.

« 3º. Si vero cum morte matris, spes
« vitae et Baptismi proli affulgeat; tene-
« tur mater, secundum plerosque, sub
« mortali abstinere ab omni remedio de-
« structivo proli: quia tenetur vitam cor-
« poralem exponere pro extrema neces-
« sitate spirituali infantis. — Contrarium
« tamen docet Ludovicus Lopez⁹: quod
« Sà¹⁰ dicit esse probabile. — Vide Les-
« sium⁹, Sanchez, Filiuccium¹⁰, Bona-
« cina¹¹.

Quaeritur igitur 1º. An liceat matri, in
morbo extremo constitutae, sumere phar-
macum, ad expellendum directe fetus ina-
nimatum?

sect. 1, punct. 7, num. 2. — Azor, part. 8, lib. 2, cap. 7,
qu. 16. — ⁶ Loc. cit., n. 61. — ⁷ De Matrim., lib. 9, disp. 20,
n. 9. — ⁸ Henríg., lib. 11, cap. 16, n. 8. — ⁹ Loc. cit., n. 61.
— ¹⁰ Lib. 2, cap. 9, n. 68. — ¹¹ Sanchez., de Matrim., lib. 9, disp. 20,
n. 14 et seqq. — ¹⁰ Tr. 29, n. 101 et seqq. — ¹¹ Disp. 2, de Restit. in part., qu. ult., sect. 1, punct. 7, n. 3.

cina est tam mortifera quam salutifera, jamque
constat tam matrem quam fetus morituros
esse; at si mater medicinam sumpserit, du-
bius est eventus, utrum scilicet mater aut
fetus salvus fiat, tutius tunc esse ait a tali me-
dicina abstinere; addit tamen oppositam senten-
tiam esse satis rationabilem. — Atvero
Emmanuel Sà, v. Charitas, n. 4, scribit: « In-
fantem alioqui sine Baptismo morituron te-
neris cum tuae vitae periculo baptizare se-
cundum quosdam; quod alii probabiliter neg-
ant; nec enim cum tanto damno deberi ei
tale officium; alioqui et mater grava tene-
retur permittere se secari, ut fetus baptiza-
retur, alioqui sine Baptismo moriturus; quod
nemo dicet ».

Expellere
fetum est
lethalie.

Quando
liceat dare
pharmacum
cum pericu-
lo abortu.

In pericu-
lo mortis
medicina a-
bortiva, li-
cita juxta
alios.

Certum est quod expellere fetus, quam-
vis inanimatum, per se est peccatum mor-
tale; et expellens de homicidio tenetur, ut
dicitur in cap. Si aliquis, de homicid.:
quia, licet vitam homini non adimat, pro-
xime tamen vitam hominis impedit. —

Contra certum est apud omnes, licitum
esse remedium praebere praegnanti direc-
te ad eam curandam, etiam cum peri-
culo abortus, si morbus est mortalis. Se-
cūs, si non esset talis; ut recte advertit
Continuator Tournely¹.

Dubium fit: an tunc liceat dare ei phar-
macum directe ad fetus expellendum?

Prima sententia affirmat; eamque te-
nent gravissimi auctores: Sanchez², Lay-
mann³ cum Silvestro, Navarro, etc.; item Petrocorensis⁴, Viva⁵, Mazzotta⁶, Ha-
ber⁷ et alii. — Ratio: tum quia, cum
fetus ille sit pars viscerum, non tenetur
mater eum servare cum tanto vitae sua
discrimine. Tum quia mater eo casu po-
test illum expellere, tamquam sue vitae
aggressorem; et licet fetus non sit aggres-
sor voluntarius, non tenetur tamen mater
negligere suam vitam praesentem, ad ser-
vandam vitam futuram proli: maxime
quia, pereunte matre, fetus minime ani-
mabitur. — Huic sententiae faveat D. An-
toninus⁸, ubi: Si autem puerperium non
dum est animatum anima rationali, pos-
set tunc et deberet [medicus] dare talem
medicinam; quia licet impediret anima-
tionem talis fetus, non tamen esset causa
mortis alicuius hominis: et hoc bonum
sequitur, quia liberali matrem a morte.

¹ De 5º Praec., art. 3, sect. 1, concl. 2, v. Resp. 2. Cum
mater. — ² De Matrim., lib. 9, disp. 20, n. 9. — ³ Lib. 3,
tr. 3, part. 8, cap. 4, num. 4. — ⁴ Silvestr., v. Medicus, qu. 4,
vers. Secundum. — Navar., Man., cap. 25, n. 62. — ⁵ De
Virtut., lib. 4, tr. 2, cap. 3, qu. 1. — ⁶ In propos. 34 Innoc. XI,
n. 9 et seqq. — ⁷ Tr. 4, disp. 2, qu. 3, cap. 1, § 1, v. Dico 4,
qu. 1. — ⁸ Tr. de Matrim., cap. 6, § 2, qu. 5. — ⁹ Part. 3,
tit. 7, cap. 2, § 2. — ¹⁰ Loc. cit., n. 7. — ¹¹ Lib. 2, cap. 9,
num. 61 et 62. — ¹² De Just. et Jure, disp. 10, num. 131

^{b)} Cabassutius, lib. 5, cap. 20, n. 8, negat
quidem licere pharmacum sumere, ad fetus
directe expellendum; quibus sane sufficienter
insinuare videtur licitum fore, directe sumere
ad curandam matrem, etsi indirecte fetus ex-
pellatur.

^{c)} Ad sententiam quam S. Alphonsus tu-
tiorem hic appellat, et omnino amplectendam
asserit, accedit declaratio S. R. et U. I. Age-

Recte vero excipit Sanchez⁹ (idque
asserit ut commune apud omnes, contra
paucos aliquos), si dubium adsit an fetus
sit vel ne animatus: eo quod tunc intrin-
sece malum est, innocentem positive pe-
riculo necis exponere.

Secunda sententia communior docet,
licere quidem matri sumere medicamen-
tum directe ad curandum morbum, etsi
fetus indirecte expellatur; non vero di-
recte ad fetus expellendum. Ita Lessius¹⁰,
Lugo¹¹, Pontius¹², Filiuccius¹³, Cabas-
sus¹⁴, Continuator Tournely¹⁴, Sporer¹⁵,
Cardenas¹⁶, Bonacina¹⁷, Salmant.¹⁸,
Croix¹⁹, Holzmann²⁰, Elbel²¹ et alii plu-
rimi. — Ratio, quia, si nunquam licitum est
expellere semen, etsi ex ejus abundantia
mors timeatur; tanto minus licebit expel-
lere fetus, qui est propinquior vitae hu-
manae. Nec valet dicere, fetus inanimatum
esse partem matris: nam responderet,
fetus non pertinere ad integratatem
corporis materni, sed esse inchoative con-
distinctum individuum humanum.

Excipe, ut bene advertunt Sporer²² et
Holzmann²³, si fetus esset corruptus; quia
tunc non est jam fetus, sed massa pu-
trida, quae amplius non est capax anima-
tionis.

Utraque sententia est probabilis. — Sed
secunda, tamquam tutiorem, censeo in
casu nostro omnino amplectendam: cum
prima nihil ad proxim possit deservire,
et frusta videntur circa eam doctores
desudare²⁴. Ad quid enim (bene ait noster
Pater Busenbaum), vel sumere pharma-

Secunda
sententia
est ample-
ctenda.

et 132. — ¹² De Matrim., lib. 10, cap. 18, n. 2. — ¹³ Tr. 29,
cap. 6, num. 101 et 102. — ¹⁴ De 5º Praec., art. 3, sect. 1,
concl. 2, v. Resp. 1 et Resp. 3. — ¹⁵ Part. 4 (de Matrim.),
cap. 4, num. 704 et 709. — ¹⁶ Dissert. 22, num. 28 et 60. —
¹⁷ Disp. 2, de Restit. in part., qu. ult., sect. 1, punct. 7,
n. 3. — ¹⁸ Tr. 13, cap. 2, n. 62 et 64. — ¹⁹ Lib. 3, part. 1,
n. 826. — ²⁰ De Praec. decal., n. 597. — ²¹ De Matrim.,
confer. 19, n. 464 et 465. — ²² Loc. cit., n. 706. — ²³ Loc.
cit., n. 597, v. Intelligi.

b) Cabassutius, lib. 5, cap. 20, n. 8, negat
quidem licere pharmacum sumere, ad fetus
directe expellendum; quibus sane sufficienter
insinuare videtur licitum fore, directe sumere
ad curandam matrem, etsi indirecte fetus ex-
pellatur.

c) Ad sententiam quam S. Alphonsus tu-
tiorem hic appellat, et omnino amplectendam
asserit, accedit declaratio S. R. et U. I. Age-

Negatur
comunis
licere uti di-
rectivo abor-
tivo.

cum directe ad expellendum fetum, cum possit et sufficiat indirecte expelli?

In duabus dumtaxat casibus posset *prima sententia* in praxim deduci. — Primus casus esset, si mater alias parturiendo experta fuisset periculum mortis. At propter hoc non licet fetum expellere; ut cum communi docent Sanchez¹, Petrocorensis², Azor³, contra aliquos⁴. Ratio, quia fetus eo casu non est aggressor praesens: cum periculum multum sit distans, et poterit mater ex alia causa interim obire. Idque confirmatur ex alia doctrina communi, quam tradunt S. Thomas, Navarrus, Cajetanus et alii, apud Sanchez⁵, scilicet, nunquam licitum esse matri, ob quodcumque periculum, sumere potionem ad conceptionem impediendam.

— Secundus casus esse posset, quando mater, nisi fetus expelleret, periculum occasionis a conjunctis, vel suae famae subiret. Sed hoc certe est illicitum ex prop. 34 Innocentii XI, quae dicebat: *Licit procurare abortum ante animationem fetus, ne puer deprehensa gravida, occidatur aut infameretur.* Ratio, quia aliud est quod fetus sit aggressor per se et ab intrinseco; aliud, quod per accidens et ab extrinseco. Potest enim quisque occidere

aggressorem, ne ab illo occidatur; nequit tamen occidere alterum, ne occidatur ab hoste.

Dicunt vero Sanchez⁶ et Viva⁷, quod mulier vi oppressa a viro posset incontinenter semen receptum expellere, tamquam sui honoris aggressorem, ad infamiam vitandam: pariter ac licet viro nobili occidere invasorem, actu volentem eum fuste percutere (ut diximus supra, n. 381), quamvis hoc non liceat post percussionem impactam. — Sed huic opinioni acquiescere nequeo. Nam, si mulier posset tunc expellere semen tamquam aggressorem sui honoris, posset etiam postea: quod ipsimet auctores non concedunt.

Nec valet dicere cum Sanchez, licitum esse mulieri eo casu continuo semen expellere; quia tunc semen non est adhuc in pacifica possessione uteri. — Nam, ut bene docet Pontius⁸, statim ac vir semen effundit, feminae matrix illud recipit et clauditur. Et hoc negari non potest ab ipso Sanchez⁹, cum Salmant.¹⁰, Sporer¹¹ et alii communiter (vide *de Matrim.*, Lib. VI, n. 917); qui dicunt non peccare mortaliter uxorem quae reddit debitum, ipsa incubat; ideo quidem, quia (ut mox dictum est) matrix mulieris clauditur statim ac semen

Juxta
quodam,
mulier vi
oppressa,
potest expel-
lere semen.

S. Doctor
negat esse
licitum.

excipit: alias, illud statim effunderetur et frustraretur; et idcirco esset procul dubio peccatum mortale. Hinc recte dicunt Salmant.¹, quod non peccaret uxor, si ex aliqua justa causa se erigeret continuo post receptum semen, nisi hoc faceret pravo animo illud disperdendi; ut dicit etiam Sanchez².

Bene autem admittimus id quod dicit Sanchez³, nempe, quod mulier vi oppressa licite potest se vertere et coitum interrumper, quamvis semen viri esset effundendum; quia hoc per accidens et ob solam malitiam viri eveniret. — Unde bene concludit Croix⁴ cum Cardenas, esse quidem licitum feminae invasae repellere semen, ne immittatur; non autem ejicere, si jam sit immissum. Vide dicenda *de Matr.*, Lib. VI, n. 954, v. *Dubit.* 1.

Quaeritur 2^o. *An liceat matri sumere pharmacum directe ad expellendum morbum, si inde timeatur indirecte abortus fetus animati?*

Respondetur: Si remedium directe tendat ad occisionem fetus, ut esset dilaceratio uteri, percussio ventris, etc., haec quidem nunquam licent. Si autem tendat directe ad servandam vitam matris, ut esset purgatio corporis, scissio venae, balneum, etc., haec certe licita sunt, quando aliter certo moraliter judicatur mater cum prole moritura. — Ita Habert⁵ et Continuator Tournely⁶, cum communi.

¹ Tr. 9, de Matrim., cap. 15, n. 75. — ² De Matrim., lib. 9, disp. 20, num. 3. — ³ De Matrim., lib. 2, disp. 22, num. 17. — ⁴ Lib. 8, part. 1, num. 824. — ⁵ Carden., disser. 22, num. 39 et seqq. — ⁶ De Matrim., cap. 6, § 2, qu. 4, resp. 2. — ⁷ De Praec., art. 3, sect. 1, concl. 2.

Sed Quaestio est: *an liceat matri sumere medicamentum, quando dubitatur an, pereunte matre, proles possit supervivere et baptizari?*

Affirmant Holzmann⁷, Salmant.⁸ cum Prado. Quia (ut dicunt) obligatio mortem preferendi, ad procurandam vitam aeternam proximi in extrema necessitate constituti, tunc solum adest, quando constat, jacturam temporalis vitae esse absolute necessarium ad vitam spiritualem alterius (ut etiam ajunt Sotus et alii, apud Salmant., generaliter loquendo); non autem, quando salus spiritualis proximi est incerta: prout in casu nostro de ea multipliciter dubitari potest. — Et huic opinioni videntur favere Sanchez⁹ et Roncaglia¹⁰, dicentes, tunc solum illicitum esse remedium sumere cum periculo vitae prolis, quando certum vel saltem probabilius est prolem vivam edendam.

Sed huic sententiae nec valeo acquiescere. — Nam, sicut quando certa est mors prolis si mater medicinam sumat, et alias est certa mors matris si a medicina abstineat, tenetur utique mater ex ordine caritatis abstinere a medicina, et praeferre suae vitae corporali vitam spiritualem prolis: sic etiam ex eadem caritate tenetur abstinere, quando dubitatur de salute matris et prolis; ut recte ait Tournely¹¹ cum Habert¹². Nisi aequale sit periculum abortus, sive medicina suma-

⁷ Resp. 4. *Idem.* — ⁸ De Praec. decal., num. 597. — ⁹ Tr. 18, de Restit., cap. 2, num. 66. — ¹⁰ Prado, cap. 20, qu. 5, num. 24. — ¹¹ Sotus, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 1, art. 8, v. *Ad argumentum ergo.* — ¹² Salmant., tr. 18, cap. 2, num. 66.

essen». Quaerebat proinde «utrum enuntiatas operationes in repetitis dictis circumstantiis instaurare tuto posset». Cui quasito S. R. et U. I., die 24 Julii 1895 respondit: «NEGATIVE, juxta alias decreta, diei scilicet 28 Maii 1884 et 19 Augusti 1888». — Nec simile est de partus acceleratione, quae quandoque licita est. Cum enim ad eamdem S. C. dubia sequentia delata fuissent: «1^o. Eritne licita partus acceleratione, quoties ex mulieris arctitudine impossibilis evaderet fetus egressio suo naturali tempore? 2^o. Et si mulieris arctitudo talis sit, ut neque partus praematurus possibilis censeatur, licebitne abortum provocare aut caesaream suo tempore perficere operationem?» Et S. C., die 4 Maii 1898, respondit: «Ad 1^{um}. Partus accelerationem per se illicitam non esse, dummodo perficiatur justis de causis, et eo tempore ac modis, quibus ex ordinariis contingentibus matris et fetus vita transmissa sunt... Tuto doceri non posse».

tem negative, juxta decretum feriae IV, 24 Iulii 1895, de abortus illicitate. Ad secundam vero quod spectat: nihil obstare quominus mulier de qua agitur, caesareae operationi suo tempore subjiciatur».

¹³ Azor, part. 3, lib. 2, cap. 4, qu. 7, causum praesentem silentio praetermittit.

¹⁴ Nec magis licita videtur craniotomia. Quaesitus enim fuit a S. R. et U. I.: «An tuto doceri possit in scholis catholicis licitam esse operationem chirurgicam, quam craniotomiam appellant, quando scilicet ea omissa, mater et infans perituri sint, ea e contra admissa, salvanda sit mater, infante pereunte?» Et S. C. sic respondit die 28 Maii 1884: «Omnibus diu et mature perpensis, habita quoque ratione eorum quae hac in re a peritis catholicis viris conscripta et ab Eminentia tua [Archiepiscopo scil. Lugdunen.] huic Congregationi transmissa sunt... Tuto doceri non posse».

¹⁵ Sanchez, *de Matrim.*, lib. 9, disp. 20, n. 17, illicitum esse dicit, solum «ubi spes probabilissima a peritis medicis conciperetur, fore ut, matre ab iis medicamentis abstinent, cum vitae tamen propriae periculo, fetus in lucem prodierit ut baptizari possit».

¹⁶ Roncaglia, *tr. 11, cap. 2, qu. 3, resp. 2*, generaliter loquitur: «In extrema, inquit, necessitate spirituali proximi postponendam esse vitam nostram temporalem illius vitae spirituali...: haec doctrina vera est, quando certum vel saltem probabilius est, ut possimus nostra morte opitulari proximo, constituto in extrema spirituali necessitate. Id autem non habet locum in casu nostro; nam experientia constat moriente matre fere semper et fetus mori...».

In dubio
an prolessu-
perstes fu-
tura sit, me-
dicina lici-
ta, juxta a-
lios.

S. Doctor
non appro-
bat.

Etiamsi
mors matris
certo pra-
videatur.

tur, sive non; quia tunc, sine majori fetus periculo, juste consulitur vitae matris. — Et etiamsi mors matris esset moraliter certa, si non sumat remedium, nec etiam tunc auderem ei medicinam permettere, si aliqua rationabilis spes effulgeret, quod, mortua matre, proles superviveret et baptizari posset. Quia nemini licet, ob tuendam suam vitam temporalem, positive exponere proximum, in necessitate constitutum, periculo mortis aeternae.

Secus vero puto dicendum, cum Elbel, Petrocorensi¹, et Continuator Tournely² cum Silvio³, Habert⁴, Comitolo⁵ et communi, si nulla spes rationabilis esset de vita prolis post mortem matris, ita ut possit illa deduci ad Baptismi gratiam. — Quia tunc non videtur caritas obligare matrem, in extrema necessitate positam, vitam suam negligere, a remedii abstinentia, ob exiguum et remotissimam spem vitae prolis.

Medicis
non scrupu-
lose agen-
dum in hoc
casu.

Hinc rationabiliter dicunt Salmant.⁶, medicos in hoc casu, quoad pharmaca praestanda matribus, non esse scrupulose angendos. Eo quod probabilissimum est id quod dicunt iidem Salmant., ac Sanchez⁷, Lugo⁸, Roncaglia⁹, parissimum esse casum et moraliter impossibilem, ut pene miraculum sit, quod pereunte matre proles supervivat, ut Baptismum recipere possit. — Idque mihi confirmarunt plures artis

Elbel, de Matrim., num. 466. — ¹ De Virtutib., lib. 4, tr. 2, cap. 8, qu. 2. — ² De 5^o Praec., art. 3, sect. 1, concl. 2, v. Resp. 4. — ³ Tr. 18, cap. 2, n. 66. — *Salmant.*, loc. cit., n. 65. — ⁴ De Matrim., lib. 9, disp. 20, n. 17. — ⁵ De Just.

medicae periti, quos consului; quia, matre laborante lethali morbo, humores corrumpunt et inficiunt fetus alimentum.

An autem mater teneatur pati incisionem ventris, ut proles baptizetur? — Vide dicenda Lib. VI, n. 106, v. *Insuper putat.*

Quaeritur 3^o. *Quandonam censeatur proles anima informata?*

Damnata fuit prop. 35 ab Innocentio XI, quae dicebat: *Videtur probabile, omnem fetum, quandum in utero est, carere anima rationali, et tunc primum incipere eamdem habere, cum paritur; ac consequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium commiti.* — E converso, male dixerunt aliqui, fetus in primo instanti quo concipiatur, animari. Quia fetus certe non animatur antequam sit formatus; ut colligitur ex S. Scriptura, Exod. xxi, 22, 23, ubi, juxta versionem LXX, dicitur: *Sin... percusserit mulierem in utero habentem et exierit infans ejus non formatus, multa multabitur... Si autem formatus fuerit, dabit animam pro anima.*

Certum est itaque fetus non statim animari. — Hinc Lessius¹⁰ censet ex Hippocrate masculum ad summum animari die 30, vel 35, vel 40, vel 45; feminam vero, die 35, vel 40, vel 45, aut 50. Et idem sentiunt Lugo¹¹, et Bonacina ac Filiuccius, apud Salmant.¹².

Attamen Busenbaum¹³ (ut supra n. 394),

et Jure, disp. 10, n. 135. — ⁶ Tr. 11, cap. 2, qu. 3, resp. 2. — ⁷ De Just. et Jure, disp. 10, n. 138. — *Bonac.*, de Restitut. in part., disp. 2, qu. ult., sect. 1, punct. 7, n. 4. — *Fill.*, tr. 29, n. 99. — ⁸ Tr. 18, cap. 2, n. 59.

desperata est (ut supponitur) temporalis salus matris, quin et aeterna prolis; per illud vero remedium spes aliqua effulget».

¹⁰) Silvius (non allegatus pro hac sententia a Contin. Tournely) negat, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 7, qu. 4, concl. 5, hujusmodi remedium adhiberi posse, si speratur absque ejusmodi potionē fetus edendus vivus et baptizandus.. Si tamen valde probabile foret non adhibito remedio utrumque moriturum..., eo autem adhibito saltem servari posse matrem, probabile est licere tunc adhibere remedium ex se bonum et ad matris salutem ordinatum, modo non sit tale, quod directe tendat in mortem prolis».

¹¹) Comitulus, Resp., lib. 4, qu. 13, n. 6, absolute dicit remedium adhiberi posse; et inter rationes quibus innititur, hanc signanter affert: «Quia vix accidere potest ut idem

morbis, qui interimit mulierem, non etiam infantem necet, mulieris acetabulis adhaerescerent; cum ergo in vita id quod fere accidit et verisimile est sequi debeamus, tuto medicinam dabit mulieri praegnanti medicus, ut mater potius salva sit, quam illa et proles pereant».

¹²) Lessius, lib. 2, cap. 9, n. 65, eam opinionem, ut Hippocrati a Lemnio falso tributam, refert; ipse vero allegat Hippocratem, tamquam hic doceat masculum ut longissime 30 diebus formari, feminam vero, ut longissime 42 diebus; et hoc revera tenet Hippocrates in op. *de Natura pueri*, (pag. 46, in edit. Basileen. 1546).

¹³) Busenbaum, hic supra, hanc utique sententiam ex communi adducit; ipse tamen eam non amplectitur, subdit enim: «Quae res valde incerta est».

Tempus
quo infundi-
tur anima.

Poenae
procurantis
abortum.

Elbel¹, et Salmant. cum S. Thoma², Azor, Silvestro et communi, ut fatetur idem P. Holzmann, dicunt, masculum formari et animari spatio 40 dierum, feminam autem 80. — Et hanc sententiam sequi forum externum, quoad poenas homicidis inferendas, testatur Anacletus, etc., apud Elbel³. Immo S. Thomas⁴ sic ait: *Maris conceptio non perficitur, nisi usque ad 40 diem, ut Philosophus dicit; feminae autem, usque ad 90. Sed in completione corporis masculi, videtur Augustinus superaddere sex dies.* Verum Continuator Tournely⁵ dicit, in hoc magis adhaerendum Glossae et theologis, qui fere cuncti (ut ait) censem mares die 40 animari, et die 80 feminas⁶. — Et hanc opinionem sequitur S. Poenitentiaria, cum agitur de irregularitate et poenis; ut, ex Navarro, tradit Silvius⁷.

395. — Quaeritur 4^o. *Quibus poenis sub-
jiciantur procurantes abortum?*

Sixtus V, anno 1588, bullam edidit, quae incipit *Effraenatam*, et habetur in Bullario⁸. — In ea, Pontifex omnes *scinter* procurantes abortum fetus sive animati sive inanimati, et quocumque modo in hoc consentientes vel praebentes mulieribus venena sterilitatis, subjecit cunctis poenis, quae debentur homicidis de jure civili et canonico, ut sunt: privatio omnis privilegii clericalis, dignitatis aut beneficii ecclesiastici, necnon inhabilitas ad ea in posterum obtinenda. Insuper praesertim

¹ De Matr., n. 470. — *Salmant.*, tr. 18, cap. 2, n. 59. *Azor*, part. 3, lib. 2, cap. 4, qu. 1. — *Silvest.*, v. *Homicidium I*, n. 3. — *Holm.*, de Praec. decal., n. 598. — *Anaclet.* *Reiffenst.*, tr. 9, dist. 3, n. 34. — ² Loc. cit., n. 470. — ³ In 8, dist. 3, qu. 5, art. 2, corp. — ⁴ De 5^o Praec., art. 3, sect. 1, v. *Quaeres I.* — *Glossa*, in clem. un. de SS. Trinitate, v. *Si-*

mul unitas. — *Navar.*, Consil., lib. 5, tit. de homicid. consil. 46, n. 2. — ⁵ In 2^{am} 2^{ae}, qu. 64, art. 7, quaer. 4, concl. 5, i. f.

— ⁶ Bullar. Mainardi, tom. 5, part. 1, fol. 25. — ⁷ De Matr., lib. 9, disp. 82, n. 36. — ⁸ In propos. 34 Innoc. XI, num. 18. — ⁹ Disp. 2, de Restit. in part., qu. ult., sect. 1, punct. 7, n. 6. — ¹⁰ Part. 4, cap. 4, n. 718. — *Fill.*, tr. 14, n. 94.

imposuit eis irregularitatem et excommunicationem, ipso facto (effectu secuto) incurandas: quarum dispensationem et absolutionem Romano Pontifici reservavit.

Attamen Gregorius XIV, in bulla *Se-
des Apostolica*, edita anno 1591, abstulit ir-
regularitatem et excommunicationem pro
abortu fetus inanimati¹⁰. — Reliquit vero tam irregularitatem, quam excommunicationem Papae reservatas, pro abortu fetus animati. Sed quoad excommunicationem, concessit facultatem ab ea absolvendi, tam episcopis, quam aliis ab ipsis specia-
liter ad hos casus deputatis. (Hanc faculta-
tem absolvendi habent etiam Mendicantes;
vide dicenda Lib. VII, n. 99, v. *Omnino*).

Cum autem Sextus excommunicatio-
nem infixerit tantum *scinter* abortum
procurantibus, excusat ab illa ignorantia
etiam *crassa*: ut docent communiter DD.
cum Sanchez¹¹ et aliis, ut dicetur Lib. VII,
n. 47. — An autem excusat ignorantia
affectata? Vide *ibid.*, n. 48. — Et idem
videtur dicendum de *irregularitate* ibi im-
posita, juxta probabilem sententiam, quae
adducetur *eodem Lib. VII, n. 351*.

Quaeritur 5^o. *An incurvant excommu-
nicationem mulieres praegnantes, quae
abortum sibi procurant?*

Prima sententia communissima affir-
mat cum Viva¹², Bonacina¹³, qui dicit
hanc esse usu receptam; et Sporer¹⁴ cum
Filiuccio, Dicastillo¹⁵, qui eam tenent ut
certam. Rationes sententiae hujus mox

Procurans
sibi abor-
tum, incur-
rit excom-
muni-
cationem
juxta alios.

tiqui ponebant inter animationem maris et
feminae nullo solido fundamento innititur,
ideoque videtur rejicienda.

395. — Reducens scilicet ad canonum et
concilii Tridentini limites poenas abortus fe-
tus inanimati. Ceteroquin, quod ad excommuni-
cationem attinet, constitutio *Apostolicae Se-
des* tollit antiquam distinctionem inter fetus
animalium, seu formans organismum hu-
manum. Quod autem sententia opposita con-
tendebat: corpus scilicet ante organorum for-
mationem aptum non esse receptioni animae
rationalis, hoc gratis asseritur. Haec dicta
sint de fetu sive masculino sive femineo; in-
gens enim illa temporis disparitas quam an-

¹⁰) Dicastillus, *de Just. et Jure*, lib. 2, tr. 1,
disp. 10, dub. 13, n. 179, dicit «merito» af-
firmari.

Probabilis non incurrevit.

referentur in expositione secundae sententiae subsequentis. — Secunda autem sententia valde probabilis, et attenta ratione intrinseca, probabilior, negat cum Avila¹, Lezana², Salmant.³ cum Naldo et Alphonso de Leone⁴). Eamdemque tenet Lugo⁵ (ait tamen hic standum esse usui communi, si iste aliter bullam explicuit), et non improbabilem vocat, immo enixerunt Roncaglia⁶.

Tota hujus dubii resolutio pendet ex verbis bullae *Effrauenatum* (in praecedenti Quaest. 4^a enuntiatae) Sixti V, in qua praedicta excommunicatio inficta est contra procurantes abortum.

Dicunt DD. contrarii, in fulminatione excommunicationis praefatae satis expresse comprehendendi etiam praegnantes, quia in § 1 bullae dicitur: *Ac etiam praegnantes ipsas mulieres, quae scienter praemissa fecerint*. Item in § 5, Pontifex, loquens de venenatis potionibus sterilitatis, inquit: *Ac mulieres ipsas, quae eadem potuca sponte ac scienter sumpserint*. — Sed respondetur, in utroque paragrapto Pontificem patenter loqui (ut sedulo in bulla observavi) tantum de poenis temporalibus contra homicidas statutis. Nam, cum deinde Papa gradum facere voluit ad poenas spirituales, praesertim ad praefatam excommunicationem infligendam, in § 7 sic subdit: *Insuper, ut immanissimi hujus delicti gravitati, non solum temporalibus, verum etiam spiritualibus poenis proscriptiamus ac provideamus, omnes et singulos, cuiuscumque status, gradus, etc., qui, vel quae, vel uti principales, vel ut sociae conscientiae, ad tale facinus committendum,*

¹ Part. 2, cap. 5, disp. 3, dub. 12, v. *Quinto*. — ² Sum., v. *Abortus*, num. 11. — ³ Tr. 13, cap. 2, num. 70. — ⁴ *Naldus*, Sum., v. *Abortus*, num. 1. — ⁵ Tract. 11, cap. 2, qu. 6.

opem, consilium, favorem, potionem vel alia... medicamenta scienter dederint, etc. — Loquendo hic igitur Pontifex de poenis spiritualibus, non nominat mulieres praegnantes; sed tantum eos vel eas *qui, vel quae dant opem, consilium, etc.*

Instant adversarii, et dicunt, saltem in hoc § 7 comprehendi praegnantes, cum ibi dicatur: *Qui, vel quae vel uti principales, vel ut sociae conscientiae, ad tale facinus committendum, etc.* — Sed rursus respondetur, hic sub nomine *principales*, non quidem intelligi ipsas praegnantes; sed principales cooperatores, qui opem vel consilium aut medicamenta praebent: ad distinctionem sociarum, quae ad abortum mediate concurrunt. Et revera, nullo modo hic intelligi possunt praegnantes; nam alias Pontifex non dixisset: *qui, vel quae, etc.* Quomodo enim masculi possunt medicamentum sumere, ad procurandum abortum mulierum?

Ratio autem, cur Papa eximesse prae sumitur praegnantes ab hac excommunicatione, verosimiliter opinantur Lugo et Salmant. cum aliis ut supra, quia forte compassus est infirmitati feminarum: quae, dum impulsae a vehementi timore damni obventuri haec medicamenta sumunt, et dum a tanto facinore non abhorrent, facile etiam excommunicationem parvi penderent; et ideo Pontifex, ad vitandum novum animae laqueum et alia pericula, praesertim sacrilegarum confessionum, eas noluit comprehendere. — Saltem ait Roncaglia⁵, cum dubium sit, an haec excommunicatio lata sit etiam contra praegnantes, valde probabiliter ipsae ab ea excusa

Ratio hujus sententiae.

⁵ Lugo, *Respons. moral.*, lib. 2, dub. 4, num. 7. — ⁶ Salmant., tr. 13, cap. 2, num. 71. — ⁷ Tract. 11, cap. 2, qu. 6, i. f.

^{c)} Alphonsus de Leone minus recte a Salmant. allegatur; nam, *de Censur.*, recoll. 7, n. 34, excommunicationem incurri affirmat tam a propinante, quam a « muliere quae accipit scienter dictam potionem ». Sed addit: « Opinio contraria..., quod scilicet mater procurans in seipsa abortum, non incurrit dictam excommunicationem, non videtur omnino improbabilis, ex ejus validissimis rationibus ac ex verbis dictae constitutionis ».

^{d)} Lugo, *Respons. mor.*, lib. 2, dub. 4, n. 4, tenet ut satis probable; et n. 8, addit:

(ut notat S. Alphonsus) standum esse usui et stylo curiae, si aliter bullam explicuerit: « Consulendum tamen (ita prosequitur Lugo) erit usus; et considerandum, an solum fundetur in sententia communis, docente ipsam etiam feminam comprehendendi quoad excommunicationem; in qua sententia fundatae, poenitentes absolutionem petunt ab excommunicatione saltem ad cautelam: quod non videtur satis, ad inducendam excommunicationem, si vere Sextus V eam imponere non intendit ».

santur; juxta quae dicemus *Lib. VII*, de *Censur.*, n. 67.

396. — Quaeritur 6^a. *An procurantes abortum irregularitatem incurrant, in dubio an fetus sit vel ne animatus?*

Prima sententia affirmat; quam tenent Salmant.^a, Viva¹, cum Sanchez^b, Molina, etc., apud Elbel^c. — Ratio: tum quia in omni homicidio dubio incurritur irregularitas, prout habetur ex cap. *Ad audiendum 12, Significasti 18, Petitio tua 24, de homicid.*; tum quia in dubio, fetus praesumitur masculinus. Hinc dicunt, quod procurans abortum post 40 dies, habendus est ut irregularis; sic enim, ajunt Filiuccius^c et alii, apud Tamburinum^d, judicari in foro externo, et sic etiam servari in S. Poenitentiaria.

Verius non incurritur. Secunda tamen verior sententia negat. Eamque tenent Tamburinius^e cum Praeposito et Gibalino; item Moya^f cum Pelizzario, Machado^g, Leandro^h et Verde; Elbelⁱ cum Sporer, Diana^j, Bardi et aliis; et idem sentit doctus auctor neote-

¹ In propos. 34 Innoc. XI, num. 19. — ² Molina, tr. 3, disp. 27, n. 4. — ³ De Matrim., n. 479. — ⁴ Decal., lib. 1, cap. 3, § 7, v. *Irregularitas 2.* — ⁵ De Censur., lib. 10, tr. 4, cap. 5, n. 18. — ⁶ Praepos., de Censur., qu. 5, de Irregul., dub. 8, n. 58. — ⁷ Gibal., de Irreg., cap. 4, qu. 1, n. 26. — ⁸ Part. 5, qu. 6. — ⁹ Pelizz., tr. 7, cap. 5, num. 25 et 267. — ¹⁰ Verde, Instit. canon., lib. 4, tit. 17, num. 5531. — ¹¹ De Matrim., num. 479. — ¹² Sporer, part. 4, num. 751. — ¹³ Bardi, Disceptat. mor., discept. 6, cap. 7, § 4. — ¹⁴ Part. 2, cap. 18, n. 464 et 465. — ¹⁵ Salmant., tr. 13, cap. 2, n. 68.

396. — ^{a)} Salmant., tr. 13, cap. 2, n. 59; et tr. 10, de *Censur.*, cap. 7, n. 45, utique concordant; sed loc. cit., de *Censur.*, hanc irregularitatem ad duos tantum effectus coartant, obligationem scilicet « abstinendi a celebrazione, et quaerendi dispensationem »; hinc valet solum pro clericis, sed non pro laicis, qui proinde « non sunt ut irregulares censendi, si modo dicto de homicidio dubitant ».

^{b)} Sanchez, *Decal.*, lib. 1, cap. 10, n. 43, ita plane docet; sed n. 45 intelligendam esse ait ejusmodi irregularitatem « quoad privationem suscipiendi ordines ac in illis ministrandi, quam intrinseca includit irregularitas; secus vero quoad alias poenas, quae a iudice imponi solent pro irregularitate contracta, qualis est privatio beneficiorum et aliae similes ».

^{c)} Filiuccius ita quidem a Tamburinio allegatur, scilicet pro sententia docente in dubio censendum esse fetum masculinum (proinde post 40 dies animatum), et ita servari in Poenitentiaria. Quod ubinam asserat Filiuccius plane nescio; haec enim tr. 29, n. 100, dumtaxat scribit: « In dubio... an esset fetus animatus, est peccatum homicidii perfecti sub dubio; consequenter etiam censendus talis irregularis ».

ricus libelli, cui titulus: *Istruz. per li novelli Confessori*⁷. — Ratio convincens: quia irregularitas non incurritur, nisi expressa sit in jure, ut dicitur in cap. *Is qui 18, de sent. excom.*, in 6^a. (Vide dicenda *Lib. VII*, n. 345.). In hoc autem casu, irregularitas nullibi habetur expressa; nam licet in praefatis textibus imposita fuerit irregularitas aliquibus, de quibus dubitabatur, an ipsi fuissent vel ne causa homicidii; homicidium tamen erat certe commissum. At in nostro casu, cum dubia sit animatio fetus, dubia quoque est patratio homicidii; hicque casus nullibi quidem est expressus in jure: et ideo procurans abortum non est habendus irregularis.

Quid vero dicendum, si dubium esset, an aliquis suo consilio vel opera, ad mortem certam fetus jam certe animati cooperatus fuerit? — Vide dicenda *Lib. VII*, n. 371.

Nulla autem praesumptio esse potest (ut sine fundamento asserunt Salmant.),

¹ Tr. 5, qu. 6. — ² Pelizz., tr. 7, cap. 5, num. 25 et 267. — ³ Verde, Instit. canon., lib. 4, tit. 17, num. 5531. — ⁴ De Matrim., num. 479. — ⁵ Sporer, part. 4, num. 751. — ⁶ Bardi, Disceptat. mor., discept. 6, cap. 7, § 4. — ⁷ Part. 2, cap. 18, n. 464 et 465. — ⁸ Salmant., tr. 13, cap. 2, n. 68.

^{a)} Machado, *Perfeto confessor*, tom. 1, lib. 2, part. 3, tr. 17, docum. 10, n. 3, videatur revera huic negativa sententiae adhaerere; quamvis enim dicat communis doceri affirmativam, ipse tamen addit oppositum sustineri a doctoribus non parvae auctoritatis; et argumentum explicat, quo ostendit iura, statuenda irregularitatem pro dubio homicidio, locum hic non habere; et irregularitatem non incurri, quae non sit jure expressa.

^{b)} Leander a Murcia, etsi non expresse et in specie habeat hunc casum; nulli tamen dubium esse potest, quin sic teneat; nam in suis *Disquisit. in Iam 2ae*, lib. 1, disp. un., resol. 7, n. 34, 39 et seqq., negat generatim irregularitatem in foro interno incurri propter homicidium voluntarium, in *dubio facti vel juris* de homicidio; post sententiam tamen judicis, eamdem in foro externo incurri.

^{c)} Diana citatur quidem ab Elbel ut refert S. Alphonsus; at, quamvis, part. 4, tr. 2, resol. 16, probabile appellat hanc sententiam, addit tamen: « Verum ne discedas a prima opinione tamquam probabili ». Et part. 7, tr. 5, resol. 24, postquam duas opiniones exposuit, concludit: « Verum affirmativa sententia est communis, nempe quod incurrat ».

quod fetus sit masculinus. Immo potius praesumi potest femineus: quia ex frequentiori eventu, ut audivi, amplior est numerus feminarum quam masculorum; saltem de hoc utrinque aequae dubium est. — Addit non improbabiliter Tamburinius¹, quod possessio in hoc casu stat pro priori statu; prius enim fetus est inanimatus quam animatus. Hinc valde probabile est, ex dictis supra in Quaest. 3, non censendum irregularē, saltem in foro interno, qui intra 80 dies a fetus conceptione abortum procuravit.

Quod autem hic dicitur de irregularitate, dicendum etiam de excommunicatione (juxta dicenda Lib. VII, n. 67), et de aliis poenis, ut bene ait Elbel².

397. — Quaeritur 7^o. *Quisnam poenas, pro abortu commemoratas, valeat relaxare?*

1^o. Quoad excommunicationem pro abortu fetus animati, jam diximus ex bulla Gregorii XIV, solos episcopos, et alios ab eis specialiter ad hos casus deputatos, posse ab ea absolvire.

Sed dubium fit: *an possint absolvire confessarii, qui generalem facultatem ab Ordinario habent absolvendi ab omnibus casibus ipsis reservatis?*

Negant Salmant.³, Diana⁴, Roncaglia⁵ et alii, dicentes requireti deputationem specificam ad hunc casum abortus. — Idque arguunt ex verbis praefatae bullae Gregorii, relatis a Bonacina⁶, ubi dicitur: *Quilibet presbyter, tam saecularis, quam cuiusvis ordinis regularis, ad Christi fidelium confessiones audiendas, et ad hos casus specialiter per loci Ordinarium deputatus, plenam et liberam in foro conscientiae tantum absolvendi habeat facultatem.*

Sed valde probabiliter affirmit posse absolvire idem Bonacina⁷ ac Viva⁸; et adhaeret Elbel⁹, ac non improbabile putat Sporer⁹. — Ratio, quia verba illa: *ad hos*

¹ Decal., lib. 1, cap. 3, § 7, v. *Irregularitas* 2. — ² De Matrim., n. 479. — ³ Tr. 18, cap. 2, n. 67. — ⁴ Part. 7, tr. 5, resol. 15. — ⁵ Bonac., loc. cit., n. 16. — ⁶ De Matrim., n. 471, ad 4. — ⁷ Tr. 6, de Sacr. Poenit., cap. 18, n. 52. — ⁸ Peyrin., tom. 1, in constit. 1 Julii II, n. 65. — ⁹ Pelliz., tr. 6, cap. 2, num. 62. — ¹⁰ Part. 4, cap. 4, n. 721. — ¹¹ Loc. cit., ad 5. — ¹² Loc. cit., n. 471, i. f. — ¹³ Lib. 1, cap. 11, n. 5.

casus specialiter deputatus, non referuntur ad casum abortus, sed ad confessarium. Ita ut non possit quidem quicunque confessarius hunc casum absolvire (ut falso opinati sunt aliqui, apud Diana); sed bene potest is, quem episcopus specialiter deputat ad hos casus absolvens, vel speciatim exprimendo casum abortus, vel generatim concedendo facultatem absolvendi ab omnibus casibus sibi reservatis. — Et recte ajunt Bonacina et Viva¹⁰, usum receptum sic interpretasse praefatam concessionem: cum gratiae large interpretentur. Et sic ipsem firme testor universe practicari in missionibus; pro quibus, ad hunc casum abortus absolvendum, contenti sunt sacerdotes missionarii, quod episcopi generaliter eis facultatem impertiantur pro cunctis casibus ipsis reservatis.

Pariter praeterea dicit multum probabiliter Elbel¹¹, ab hac excommunicatione posse etiam absolvire omnes praedatos majores regularium, jurisdictione quasi-episcopali gaudentes; sed tantum subditus suos, pro quibus possunt etiam alios deputare. — Item addunt Salmant.¹² cum Peyrino et Pellizzario, Sporer¹³ et Elbel¹⁴ (qui asserit in hoc satis communiter doctores convenire), quod omnibus confessariis Mendicantibus competit in foro interno facultas ab hac excommunicatione absolvendi. Quia Pontifex, etsi negavit hanc facultatem confessariis ab episcopo non specialiter deputatis, non censemur tamen eam voluisse denegare confessariis privilegiatis, quibus aliunde concessa est facultas in casus Papae reservatos. — Ceterum, post prop. 12 damnatam ab Alessandro VII, certum esse debet (ut consentit idem Elbel¹⁴ et Cabassutius¹⁵), quod si alicubi episcopus sibi reservavit casum abortus vel homicidii voluntarii, nullus regularis poterit ab eo absolvire, sine epi-

n. 471. — ¹⁰ Part. 4, cap. 4, n. 720. — ¹¹ Diana, part. 7, tr. 5, resol. 15. — ¹² Bonac., loc. cit., n. 16. — ¹³ De Matrim., n. 471, ad 4. — ¹⁴ Tr. 6, de Sacr. Poenit., cap. 18, n. 52. — ¹⁵ Peyrin., tom. 1, in constit. 1 Julii II, n. 65. — ¹⁶ Pelliz., tr. 6, cap. 2, num. 62. — ¹⁷ Part. 4, cap. 4, n. 721. — ¹⁸ Loc. cit., ad 5. — ¹⁹ Loc. cit., n. 471, i. f. — ²⁰ Lib. 1, cap. 11, n. 5.

stea opinionem Bonacinae, cui non contradicit.

¹⁰ Viva non loquitur de usu recepto.

Confessarii indigent specifica delegatione, juxta alios.

Excommunicatio reservatur Ordinariis.

Praedati regulares maiores absolvunt subditos ab hoc casu.

Confessarii Mendicantibus absolvunt ab hoc casu,

nisi episcopus sibi specialiter reservaverit.

scopi licentia. — Vide dicenda Lib. VII, n. 99, in fine.

Solus Papa dispensat ab irregularitate propter abortum.

Privatio beneficii requirit sententiam.

Inabilitas incurrit ante sententiam.

2^o. Quod ad irregularitatem autem pertinet, per se loquendo, solus Papa potest in ea dispensare; non vero episcopi, etiamsi abortus esset occultus: quia in facultate eis concessa a Tridentino¹, expresse est exceptum homicidium voluntarium.

3^o. Verum, quoad alias poenas in bulla Sixti inflictas, scilicet *privacionis beneficiorum et inhabilitatis* ad ea; — ad *privationem* requiritur quidem sententia condemnatoria vel saltem declaratoria criminis: cum sit privatio juris acquisiti, ut diximus Lib. I, n. 148, utque hic dicit Elbel². — Quoad *inabilitatem* autem, dicimus eam incurri ante omnem sententiam; juxta dicta ibid., n. 149, v. *Poenae*, et ut fuisus dicemus Lib. VI, n. 705, Dubit. 1, (quidquid dicant Sporer³ et Elbel⁴). Quia *inabilitas* non privat jure acquisito, sed acquirendo⁵.

¹ Sess. 24, de Reform., cap. 6 *Liceat*. — ² De Matrim., n. 478. — ³ Theol. sacram., part. 4, cap. 4, n. 722. — ⁴ De Matrim., n. 478. — ⁵ Loc. cit., n. 474. — ⁶ Loc. cit., n. 722. —

An vero *episcopi possint in hac inhabilitate dispensare?*

Concedunt Elbel⁶ ac Sporer⁶; et merito censem non improbabile Roncaglia⁷ contra Anacletum. — Ratio, quia in omnibus poenis a jure generaliter latis, et non specialiter Papae reservatis, possunt episcopi dispensare; ut generice loquendo, communissime docent apud Elbel, S. Bonaventura⁸, Scotus⁹ et alii. Idque colligitur ex cap. *Nuper* 29, de sent. excomm., ubi habito sermone de excommunicatione, dicitur: *Quia tamen conditor canonis ejus *absolutionem* sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem altius relaxandi.* Et subdit *Glossa*¹⁰: *Et est hic argumentum, episcopos posse dispensare, ubi specialiter dispensatio non est inhibita...; et concessum videtur quod non est prohibitum*¹¹. — Vide dicta Lib. I, n. 191; et vide insuper dicenda Lib. VI, n. 980.

Anac. Reiffensi, in *decretal.*, lib. 5, tit. *De his qui filios occiderunt*, n. 22. — *Elbel*, loc. cit., n. 474. — ⁷ In v. *Non retinuit*.

quia non competit alicui absolvire a sententia commissa a superiore, nisi sit sibi concessum».

⁸ Ab ista sententia, quam hic negat esse improbabilem, postea recessit S. Doctor, in 6^a scilicet editione operis *Istruzione e Pratica*, cap. 8, n. 22, i. f., ubi scribit: «Se il vescovo poi possa dispensare quei che han procurato l'aborto, dall'inabilità a ricever benefici, l'affermano Elbel, Sporer e Roncaglia; contro Anacleti, con cui noi lo neghiamo»; quae latine reditta sic sonant: «Quod autem episcopus possit cum eis, qui abortum procuraverint, dispensare super *inabilitatem* ad beneficia consequenda, id quidem affirmant Elbel, Sporer et Roncaglia, contra Anacletum, quocum nos *IMPSUM NEGAMUS*». Et haec opinionis reformatio ex eo confirmatur quod S. Doctor hic lectorum remittit ad lib. I, n. 191, ubi quaerit utrum episcopus possit dispensare in legibus superioris, in quibus non sit reservata dispensatio, et respondet affirmantem opinionem olim sibi probabilem visam esse; sed re melius perspensa, oppositam omnino tenendam esse. Ibidemque confutat argumentum sumptum ex cap. *Nuper* et *Glossa*; confutat pariter rationem quae habetur lib. VI, n. 980; episcopum nempe idem posse in sua dioecesi quod Pontifex in tota Ecclesia, nisi specialiter sit reservatum. Unde merae oblivioni tribendum videtur quod S. Doctor reformatam sententiam huc non introduxerit.

Episcopus an dispensans in inhabilitate.

Homicidium casuale duplicitate occidit.

398. - Ultimo oportet hic aliqua addere de homicidio casuali, multum scitu necessaria. — Dupliciter contingere potest homicidium casuale: vel dando operam rei licitae, vel rei illicitae. — Unde has regulas dat S. Thomas¹, dicens: Secundum iuram, si aliquis det operam rei licitae, debitam diligentiam adhibens, et ex hoc homicidium sequatur, non incurrit homicidii reatum. Et hoc, etiamsi (ut ex communis notant) Salmant.² homicidium in causa praevisum fuerit. Si vero (sequitur S. Doctor) det operam rei illicitae..., non evadit homicidii reatum.

Duae igitur sunt regulae, quae in hac materia communiter assignantur: 1^a. Quando quis dat operam rei licitae, et ex ea per accidens sequitur homicidium, iste excusatur, etiamsi illud praeviderit: modo non intenderit, et sufficientem diligentiam posuerit ad illud vitandum. 2^a. Secus vero, si dat operam rei illicitae, et homicidium praevideat; quia tunc licet illud non intendat, et diligentiam adhibeat ne sequatur, non excusatur. Sed advertendum quod ad imputandum huic homicidiu.m, non sufficit quod opus sit per se illicitum; sed requiritur amplius, quod sit illicitum praecise respectu ad homicidium.

Hinc quaeritur: quodnam opus dicendum sit proprio illicitum, respectu ad homicidium? — Omisis diversis sententiis super hoc dubio, recte distinguendum est cum Salmant.³

Et dicendum 1^o. Quod si opus de se est frequenter periculosum, ita ut ex eo communiter mors accidat; tunc homicidium ei, qui illud ponit, semper imputatur, licet quamcumque diligentiam adhibeat ad damnum praecavendum. — Unde rei homicidii sunt, qui calce percutiunt mulierem praegnantem vel terrefaciunt, ex quo abortus evenit; parentes suffocantes infantem in lecto; hominem mactantes, jacio lapides funda causa ludendi. Vide Salmant.⁴ cum aliis.

Hinc sancitum fuit in cap. fin. de ho-

Homicidium ex opere licto quando ex cusetur.

Ex opere illicito, et praevisum imputatur.

Opus debet esse illicitum respectu homicidii.

Ex opere de se et frequenter periculosum, semper imputatur.

micid., in 6^o, irregularem effici, qui mandarit aliquem verberari, licet prohibuerit occidi, si mandatarius occidat.

Dicendum 2^o. Quod si opus illicitum sit quidem periculosum, sed raro, ita ut raro ex eo mors eveniat; tunc sufficit ad excusandum, si diligentia apponatur ad eam vitandam: saltem in foro conscientiae. — Hinc excusatur ab homicidio clericus, qui casu necaret hominem, dans operam venationi ferarum, alias ei prohibita, si diligentiam debitam adhibuerit. Ita Roncaglia⁵, Salmant.⁶ cum Palao, Bonacina, Henriquez, Medina, etc.

Dicendum 3^o. Quod si opus non sit de se periculosum, quamvis sit illicitum, nuncquam imputatur homicidium illud exercenti, si casu ex eo mors eveniat.

Puta, si clericus tempore interdicti pulsat campanam, et casu tintinnabulum cadens viatorem opprimeret. Item, si ex fornicatione commissa, moriatur femina in partu.

Addo, si adulter cum discriminé inculpatae tutelae virum adulterae occidat. Ita Lessius⁷, Salmant.⁸ cum Suarez, Palao, Cornejo, etc. — Hoc tantum certum est in ordine ad restitutionem.

In ordine vero ad irregularitatem, magna est inter doctores controversia: An evadat irregularis adulter, qui occidit maritum aggressorem, ob inculpatam suae vitae defensionem? — Communiter DD. docent, quod si adulter possit fugere, et non fugiens occidit maritum, non excusat ab irregularitate. Ita Salmant.⁹ et Sporer¹⁰, qui asserit, hoc certum esse apud omnes. Ratio (ut recte dicunt Salmant.) quia ipsi fugere in eo casu non est probossum; et si forte fuga aliquam ignominiam ei irrogaret, tenetur eam pati, cum ipse in tales angustias sua culpa se immiserit.

Sed quid, si non posset fugere sine periculo vitae? — Adsunt tres sententiae.

Prima sententia absolute affirmat adhuc irregularitatem incurre. — Ita Na-

Ex opere periculosu.m, quando excusatur.

Ex opere de se non periculosu.m, nunquam imputatur.

Adulter qui potest fugere et occidit maritum aggressorem, irregularis.

Si nequeat fugere, idem alii affirman-

Alii vero
gant.

varrus¹, et S. Antoninus, Molina, Gutierrez², apud Laymann³. Et probant ex cap. *Dilectus, de homic.*, ubi dicitur quod dans operam rei illicitae fit irregularis, si mors inde sequatur.

Secunda sententia opposita absolute negat incurre. Et hanc tenent Silverster⁴, Bonacina⁵, Lessius⁶ cum Bañez, Medina, etc.; item Avila, Sotus, Tabiena, Leander, Diana ac Henriquez, apud Salmant.⁷ — Ratio, quia homicidium non provenit tunc ex adulterio, nisi per accidens; per se autem provenit tantum ex injusta invasione mariti, cujus vim licite potest adulter vi repellere ad suam vitam tuendam. — Dicunt autem praefatum textum in cap. *Dilectus* intelligi, quando res illicita cui datur opera, est proxime et per se periculosa homicidii; non vero, quando est periculosa per accidens et remote: ut esset in hoc casu adulterium, quod esset potius occasio, quam causa homicidii, cum ex illo raro homicidium eveniat.

Tertia sententia, quam tenent Suarez⁸, Laymann⁹, Sporer¹⁰ cum Filliuc-

¹ Man., cap. 27, num. 288. — *S. Anton.*, part. 2, tit. 7, cap. 8, § 1, v. *Hoc autem. - Molina*, tr. 3, disp. 72, n. 5. — ² Lib. 8, tr. 3, part. 3, cap. 10, num. 2. — ³ *V. Homicidium III*, qu. 4, num. 6. — ⁴ Disp. 7, de Irregular., qu. 4, punct. 6, n. 3. — ⁵ Lib. 2, cap. 9, n. 106. — *Bañez*, in 2^o 2^o, qu. 64, art. 8, dub. 1, v. *Sed contra. - Barthol. Medina*, in 1^o 2^o, qu. 73, art. 8, v. *Tertia regula. - Avila*, part. 7, disp. 5, sect. 3, dub. 3, concl. 1. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 1, art. 9, v. *In tertia autem. - Tabiena*, v. *Irregularitas II*, num. 30, qu. 29. — *Leand.*, de Irregular., tr. 2, disp. 12, qu. 32. — *Diana*, part. 4, tr. 2, resol. 2. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 10, n. 3; et lib. 12, cap. 14, n. 1. — ⁶ Tr. 10, de Censur., cap. 8, num. 49. — ⁷ De Censur., disp. 46, sect. 1, n. 12, v. *Duo tamen.* — ⁸ Loc. cit., n. 2. — ⁹ Tr. 5, cap. 2, num. 182. — *Fill.*, tr. 20, cap. 5, num. 140. — ¹⁰ Tr. 4, de Censur., qu. 7, de Irregular., cap. 3, qu. 4, v. *Solent hic.* — ¹¹ Tr. 10, de Censur., cap. 8, num. 50. — *Pal.*, tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 8, num. 2. — *Coninck*, de Censur., disp. 18, dub. 9, num. 74. — *Cornio*, tom. 2, tr. 5, de Irreg., qu. 6, disp. 4, dub. 1, quær. 3. — *Roncaglia*, tr. 4, de Censur., qu. 7, de Irregular., cap. 3, qu. 4, v. *Solent hic.* — *Navar.*, Man., cap. 27, num. 288, i. f. — ¹² Tr. 5, cap. 2, num. 182. — *Sporer*, loc. cit. — ¹³ Lib. 3, tract. 3, part. 3, cap. 10, n. 2.

cio, Roncaglia¹⁰, et Salmant.¹¹ cum Palao, Coninck, Villalobos¹², Cornejo, etc., distinguit; et dicit, quod si adulter, praevide invasione mariti, temere accedit et illum occidat, tunc fit irregularis; secus, si accedit clam et cum debita cautela, ne a marito inveniatur. — Et huic sententiae me adjicio, si periculum invasionis praevideatur proximum et facillimum (ut bene exprimit Roncaglia); quia eo casu adulterium est proxime periculosum homicidii. Secus, si periculum sit remotum, et adulter caute accedit, juxta mox supra dicta. — Et ita videntur omnes praedictae sententiae satis conciliari.

Quid, si vir cognito adulterio, occidat uxorem, erit adulter irregularis?

Affirmant Navarrus et alii. Negant vero communius doctores apud Sporer¹².

— Sed ipse Sporer et Laymann¹³ eodem modo distinguunt, ut in praecedenti Quaestione. Eodemque modo ipsis consentio, si uxoris occisio proxima et facilima praevideatur; secus, si remota et difficilis.

Item distinguuntur, si vir occidat uxorem.

mortem ac periculum ipsius; et proinde non incurret irregularitas, si aliud accidat». ^b Villalobos perperam a Salmant pro hac sententia adducitur; simpliciter enim et sine ulla distinctione, part. 1, tr. 21, diff. 24, n. 4, docet clericum adulterantem, qui maritum aggressorem occideret, irregulariter fieri; et ita primae sententiae adhaeret.

¹ 2^o 2^o, qu. 64, art. 8, corp. — ² Tr. 25, de 5^o Praec., cap. 1, n. 133. — ³ Tr. 25, de 5^o Praec., cap. 1, n. 134. — ⁴ Loc. cit., n. 136. — ⁵ Tr. 4, de Censur., qu. 7, de Irregular., cap. 3, qu. 3, v. *Quaestio ergo.* — ⁶ Loc. cit., n. 137. — *Pal.*, tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 4, n. 5 et 7. — *Bonac.*, disp. 7, de Irregular., qu. 4, punct. 7, num. 9. — *Henriq.*, lib. 14, cap. 15, n. 1. — *Barthol. Medina*, in 1^o 2^o, qu. 73, art. 8.

⁷ *Sextum*. — ⁸ Lib. 2, cap. 9, num. 106. — ⁹ Tr. 25, de 5^o Praec., cap. 1, n. 138. — *Alta.* — *Pal.*, tr. 29, disp. 6, punct. 15, § 4, num. 5. — *Cornejo*, tom. 2, tr. 5, de Irreg., qu. 6, disp. 4, dub. 1, quær. 3. — ¹⁰ Tr. 10, de Censur., cap. 8, num. 52. — ¹¹ Tr. 5, cap. 2, num. 181. — *Salmant.*, tr. 10, cap. 8, n. 52.

DUBIUM V.

De Duello et Bello.

ARTICULUS I.

QUID SIT, ET AN LICEAT DUELLUM.

399. *Quid est duellum, et an unquam liceat ad illud provocare.* — *Quid, si duellum esset fictum.* — 400. *Quando liceat duellum acceptare.* — *Et an liceat illud indicere contra falsum accusatorem.* — 401. *Quae sint poenae duello impositae.*

Duellum,
quid.

399. — « Resp. Duellum est duorum (vel « subinde etiam plurium) certamen, quod « ex condicto, uno indicente et altero ac- « ceptante, suscipitur; ita ut id non sit vi- « tam defendere, sed exponere periculo. — « Quod, etsi communiter sit mortale pec- « catum, licitum tamen est ex justa causa, « quae semper est attendenda. Vide Tri- « dentinum¹, Sanchez². — Item, de poena « duellantium, vide infra». [N. 401].

« Unde resolves:

« 1º. Duellum non est licitum ad inda- « gandam veritatem, vel justitiam, vel « purgationem objecti criminis, aut item « terminandam; quia est fallax, immo su- « perstitiosum medium ad eum finem: cum « etiam innocens homicidium et facere et « pati possit. Trullenbach³. — [Ut cap. 1 et 2, de purg. vulgari, cum Salmant.⁴].

« 2º. Nec ob inimicitiis, aut ad inju- « riā vindicandam; neque ob solam ostend- « tationem virium aut delectationem».

Hic quaeritur: *an liceat suspicere duel- lum fictum ad vitandam infamiam?*

Affirmant Tamburinius⁵ cum Escobar et Bassaeo. — Sed omnino negandum cum Busenbaum⁶ et Salmant.⁷, Elbel⁸, Croix⁹, Holzmann¹⁰ cum communi. Ratio, tum ob vitandum scandalum aliorum; tum quia Clemens VIII, in constit. *Illiū vi-*

¹ Sess. 25, de Reform., cap. 19. — ² Decal., lib. 2, cap. 39. — ³ Lib. 5, cap. 2, dub. 13, a num. 2. — ⁴ Tr. 25, cap. 1, n. 181. — ⁵ Decal., lib. 6, cap. 1, § 3, n. 17. — ⁶ Escob., tr. 1, exam. 7, cap. 3, n. 66, v. *Quis provocato*, (edit. Lugd. 1644 et Venet. 1660). — ⁷ Bass., v. *Duellum*, n. 9. — ⁸ De Duello, n. 185. — ⁹ Lib. 3, part. 1, n. 840. — ¹⁰ De Praec. decal., n. 604, v. f. — ¹¹ § 5. — ¹² Decal., lib. 2, cap. 39, n. 12. — ¹³ Tr. 25, cap. 1, n. 180. — ¹⁴ Navar., Man., cap. 15, n. 28. —

ces⁹ anni 1592 hoc prohibuit, vetando duella etiam non fatalia.

Et ideo non licet ducibus permettere duella militibus, etiam contra hostes, ad ostensionem virium. — Sanchez¹⁰, Salmant.¹¹ cum Navarro, Bonacina, Palao, Cajetano.

« 3º. Nec item ad evitandam ignomi- « niam: quia apud bonos et prudentes ho- « norem non perdit. Immo nec apud alios, « si provocanti dicat se eum non aesti- « mare dignum, cum quo congregiatur « contra leges divinas et humanas; inte- « rim itur se in dies libere suas vias, « paratumque semper fore, et nunc esse, « contra quemvis invasorem se tueri. — Trullenbach¹².

